

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Tractatus qui intitulatur Fedus christianu[m]

Alantsee, Ambrosius

Augustae Vindelicorum, 1504

VD16 A 1215

Prologus

[urn:nbn:de:bsz:31-309435](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-309435)

Prologus

Estus christus rex pacificus (cuius regnū. licz non sit de hoc mundo. tñ vt pacem doceret et tribueret venit in mundū) pia miseratōe disposuit sibi subditos fore pacificos. modellos. atq; pudicos. Vt deo patri immaculatas presentaret ac lucrifaceret animas. Sed beu facta est pax terrena atq; christiana velut vidua. que prius humano generi tenaci federe erat copulata Vnde et christiana religio turbat. Et plurimoz deuotio eliminatur. Cum auctor pacis christus. non nisi pacis in tempore bene colat. Hinc res publica christiana iugiter decrescit et infirmatur Que melius precibus electorū. q̄ armis (si mortales amorē et timorem dei pre oculis haberent) iuuaretur: Nam teste salustio Concordia res parue crescūt: discordia magne dilabuntur: Vnde ruina et quotidianum decrementum insupabilis atq; pulcherrimi imperij nostri Romani. sup quo deus gloriosus ecclesiam suam fundauit: et ipsum pro fundamento ecclesie sue jecit: nisi q̄a membra eius sunt nimis dissona: nec debito federe pacis ac caritatis p̄globata: oēs que sua sunt querentes: pauci que sunt dei. et rei publice: Pacem affectuosam. tanq̄ sit viciosa refugientes: Qui si pacis et vnitatis p̄stabilitatem agnoscerent: profecto odia tecta abjcerent: transactas iniurias postergarent (Eo q̄ summa felicitas sit rex p̄teritaz obliuio). Et pacem cunctis mortalibus optabilem amplecterentur: Sine qua nec tute incedere possunt in hac trāsitoria vita: nec puenire possunt absq; ea ad celica algamata: Nam saluator mundi christus iesus (cuius delicie sunt: esse cum filijs hoim. et cuius in pace factus est locus. qui nec habitare dignatur. nisi in hominibus pace quietatis) cupiens pacem in christianis esse: vt per eam tanq̄ in templo suo in eis habitare possit: crebrius eam nobis dedit. optauit. et recōmendauit: Per mortem enim carnis: hinc exiturus ait discipulis suis: Pacem relinquo vobis: pacem meam do vobis: Surgens etiam a mortuis repetitis vicibus: añ quelibet alia colloquia apostolis dixit: Pax vobis. Sed et fidelis magister: volēs discipulos in datōne pacis esse sui imitatores: cum eos mitteret binos et binos in oēm ciuitatem et locum: quo ipse erat venturus. eosdem instruxit. vt quācunq; domū ingressi fuerint. primū

salustius

Prologus

dicerent. Pax huic domui. Auctor quoque mundi mundum ingressus pacem secum attulit. quando militia celestium exercituum gloriam deo in excelsis decantauit. Et in terra pacem hominibus bone voluntatis annunciauit. Pudeat ergo nos pacis munus deserere: quam christus mundum ingre- diens. atque egrediens: in eorum degens: tam studiose nobis curauit commendare. Pax namque diligenter est inquirenda. et solcite obseruanda: Quia est nomen dulce atque diuinum. iuxta illud apostoli: Pax dei. Et illud eiusdem. Deus pacis. Ipse enim deus est pax nostra: Unde quando deus et dominus noster iesus christus pacem discipulis optauit. in medio eorum stetit: Sicut sol inter sidera: ut eos illuminaret: Sicut flos inter lilia: ut eos decoraret. Sicut princeps inter milites: ut eos roboraret: Sicut magister inter discipulos: ut eos informaret: Sicut pater inter filios: ut eos concordaret: Sicut cor inter membra: ut eos uiuificaret: Et sicut communis amicus: ut omnibus se communicaret: Cum vero omnis christi actio nostra sit instructio: qui reipublice christiane presunt: nunquam bene. quiete. et pacifice regunt. nisi in medio subditorum firmum verum medium virtutis inueniantur: Quoniam quidem columna edificium non bene sustinet. nisi in medio. et non in altero extremorum ponatur: Rectores igitur qui in medio subditorum consistunt et ipsis (sicut sol mediis planetarum. planetis ceteris) virtutem suam communicant. multam pacem inueniunt: Que tantum bonum est ut in rebus creatis. pace nil gratiosius soleat audiri: Nil delectabilius concupisci: Nil utilius possideri: Nil inquam gratiosius pace solet audiri. Quia est vocalis inuolutio angelorum celi: Unde christo nato (ut superius dixi) pacem cecinerunt et prenuiciauerunt angeli: Nil delectabilius pace debet concupisci: Quia pax est spiritualis adoptio filiorum dei: Math. v. Beati pacifici: quoniam filii dei vocabuntur: Nil utilius pace valet possideri: Quia pax est specialis donatio amicorum christi. Unde dicebat apostolus jobis. xiiij. Pacem meam do vobis. Pax secundum augustinum. Est serenitas meritis: Vinculum amoris: Consortium caritatis: Nec est que bella compefcit: Frangit comprimunt: Superbos calcant: Humiles amat: Discordes sedat: Inimicos concordat: Nec est quam non potest dare.

Apl's.

math. v.

Descrip-
tio pacis

Prologus

mundus: sed ab alto (exoratus precibus q̄ deuotis electo-
rum placatus) solus largitur deus gloriosus laudabilis
et benedictus in secula seculorum Amen.

Summa dicendorū

Est par mala Et de hac in primo capitulo differere statui
Sunt mala aliqua pacem perturbantia de quibus in secun-
do capitulo recensere proposui
Est par bona: Que est actus interior caritatis: Et de hoc in
capitulo tertio dicere intendo
Par bona etiam inter octo beatitudines est vna et sc̄ipna:
ac fructus spiritus est. De quo quarto capitulo referā
De inductiuis ad pacem in capitulo quinto dicam
De pacis bone diuisione in capitulo sexto aliqua in medi-
um deducam.

Explicit prologus. Cum summa dicendorū.

¶ iij